

Latin Prayers

Sign of the Cross	In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.
Apostles Creed	Credo in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Iesum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nostrum, qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepúltus, descendit ad ínfernos, tértia die resurrexit a mórtuis, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis, inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectionem, vitam ætérnam.
Our Father	Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie, et dimítte nobis débíta nostra sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem, sed líbera nos a malo.
Hail Mary	Ave María, grátia plena, Dóminus tecum. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Iesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc, et in hora mortis nostræ.
Glory Be	Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum.
Oh My Jesus	Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra, salva nos ab igne inferiori, perduc in cælum omnes animas, præsertim eas, quæ misericordiæ tuæ maxime indigent.
Hail Holy Queen	Salve Regína, Mater misericórdiæ; Vita dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te Clamámus éxsules fílii Evæ; Ad te Suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, Advocáta nostra, Illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte: Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui, Nobis post hoc exsílíum osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo María. V/. Ora pro nobis, Sancta Dei Génatrix. R/. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.
Final Prayer	Oremus: Gratiam tuam quaesumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui, angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus per passionem eius et crucem, ad resurrectionem gloriam perducamur, per eundem Christum Dominum nostrum.
Against the snare of Satan	Sancte Michael Archangele, defende nos in proelio, contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium. Imperet illi Deus, supplices deprecamur: tuque, Princeps militiae coelestis, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute, in infernum detrude. Amen.